Gelatina exhibitur identidem ad i. v ii. Cochlearia, in libum et nutritionem cedit, jusculis gratior est, sive gustui suavior, præterea convenit in iis potissimum qui immodico alvi profluvio et quasi dysenterico corripiuntur; a gelatina jusculo spissior, in stomaco diutius moratur, non ita celeriter per intestina devolvitur, ergo plus cibi suppeditat ægris, quam jusculu etiam majori copiâ assumpta; præterea cornu cervi quo conficitur, putredinem primarum viarum corrigit, stomacum corroborat, et vires multo potentius reficit ipsis jusculis. Demum cum gelatina constet lymphâ animalium mucilaginosâ, ac coctione magis expansâ, in

alimentum facilius cedit, nullâq; ferè indiget præparaõe in stomaco, inde maximi e usûs in curaõe morborum acutorum.

Gelatina viperarum.

℞ viper. viventes, pelle denudatas, caudâ et capita amputatis, et intestinis exemptis n:º IV. in frustul. divid. et projice cum corde et hepate in vas probè obturatum, coq. p hor. VI. balneo mariæ cola dein, et fortitè exprime, colaturam aëri libero expone donec concrescat.

hæc gelatina medicata e, nutrit tn et vires exhaustas potentè reficit, sanguinem crassum dividit, poros cutis reserat, transpiraõem insensilem intendit, sudores raro promovet, inde optimum e remedium in morbis cutaneis, a lympha viscidâ, et in glandulis cutaneis hærente oriundis, conducit quoq; in morbis qui eruptione quâdam cutaneâ sanari solent, idcirco

in febrib. petechialib. malignis, in variolis et morbillis difficile erumpentib. adeoq. mirifice prodest: modus utendi e exhibere idem id em usum aut aliud Cochleare, attendendo tn ne nimium sequens aestum excitet, tunc rarius exhibenda. eodem modo parari pt gelatina cornu cervi, e tn melius parata, si in aq. more solito decoquata. —

Gelatina Ribeziorum. —

℞ Succi ribeziorum depurati lb. j:
ovi album. clarific. et cum pari
sacchari pondere coq. ad gelatinae
consistentiam. —

Haec gelatina potius ad delitias mensa qm usum in medicina parata, pt tn prescribi in diarrhea, a bile exaltata et acriori producta; eodem modo — parata gelatina malor. armeniacor. nec non — cydonior. e vulgo.

Conserva e medicamentum consistentia molle ad folias, florib., seminib., et radicib. vegetantium addito convenienti sacchari pondere confecta. —

Ratio parandi duplex fuit, 1º ut ponit —

habeas remedium in instanti; 2º ut flores folia et semina ex omni tempore anni haberi possint, hoc modo Conservarentur. —

modus Conservam conficiendi est, flores jnmes gustu in aq. fervanti ut mollescant, et quasi in pastam abire possint, si folia verò radices adhibeantur, in aq. decoquuntur, donec in putrilaginem fuerint Conversa, postea ex aq. extractâ affunditur sacchar. pulveratum, cum spatulâ agitando supra ignem mediocrem ut liquetur saccharum et intimè misceatur cum pastâ: — tandem frigefacta massa, in vasis idoneis Conservatur.

Nª. pondus sacchari duplò majus esse debet, ut Conserva diutius servari possit: imò dum Conserva cum Radice quadam paratur, non solùm coquitur usq., ad putrilaginem, verùm adhuc in mortario tunditur, donec in pastam abierit, per setaceum trajiciendam: —

paratur quoq., Conserva solida, et mollior: — majoris est in medicinâ usûs, dùm verò solida paratur, saccharum in aq., Convenienti coquitur —

ad syrupi spissioris Consistentiam, tunc radix Coctione emollita in syrupo per aliquot tempus decoquitur, a dein extracta, et aëri libero exposita, refrigescit et induratur: si vero paretur Conserva cum floribus, flores accipiuntur sicci in pulverem rediguntur, pulvis affunditur syrupo spissiori, quo ulterius spissatur, ac tandem frigefacta massa solidescit. — — — —

Conserva rosarum.

℞ rosar. rubrar. exunguat. ℔ i. —
Sacchar. alb. ℔ ii. f. Conserva.

rosae exungulatae decoquendae sunt in aquâ donec emolescant, extracta ex aquâ, teruntur in mortario, donec in pastam abierint, saccharum vero decoquitur in illâ aquâ, in Consistentiam electuarii, adduntur dein rosae, totumq. decoquitur ad Consistentiam Conservae. —

Conserva radicis enull. Campan.

℞ radic. enull. Campan. ℔ ii. Coq. ad putrilaginem, in s. q. aq. font. pulpam per Cribrum trajice. in illo decocto Coq. lento igne pondus —

Sacchar. duplum, ad electuarii —
Consistentiam, tum que refrigerato, pulpa
trajecta miscetur. —

Si Conserva Solida paranda sit, radix decoquenda
in aquâ donec emolliverit, dein duplum Sacchar. pondus —
in hoc decocto Coquitur ad Syrupi spissioris Consistentiam,
tum radix Coctione emollita, in Syrupo per aliquod tempus
decoquitur, Donec Saccharo imbuta, paulisper rigescat, —
dein extrahitur, et dum refrigeratur Solidescit. —

Possent parari adhuc Conserva Cum floribus —
et foliis plantarum, iisdem Contusis in mortario,
ac in pulpam Conversis, addito duplo Sacchari pulverati
pondere, totumque, Cum pistillo agitando, donec —
Saccharum intimè Cum floribus et foliis misceatur;
hae Conservae retinent virtutes, flor. fol. radicum
è quibus Componuntur, quorum maj. pars parata
reperitur apud pharmacopolas. —

Rob malorum.

Rob e vox arabica, Succum fructus Cujusdam
expressum, saepè residentiâ depuratum, et ad —
electuarii mollis Consistentiam Coctum, significans.

Rob mororum.

℞. Succi moror. depurat. ℔ IV.
Coq. ad electuar. mollis consistent.
ƒ. rob.

paratur etiam una cum melle ad medietatem, ita: Recipiunt mellis ℔ II. mel igne coquitur, et despumatur, huic dein adduntur Succi mororum depurator. ℔. IV. totum ad debitam consistentiam coquendo.

Pro melle potest accipi eadem quantitas sacchar. ad consistentiam Syrup. spissioris in aq. communi decocti, addito dein succo moror. depurato. —

rob mororum adhibetur in anginâ, sub formâ gargarismatis, saepe multum prodest; temperat diluit et mite incidit limpham viscidam, glandulas tonsillas obstruentem et inflammantem, sicque anginae parium medetur.

Sapa

Sapa e succus uvarum albarum perfecte maturarum expressus, ac dein igne lento coctus ad mellis consistentiam, jo raro adhibetur in medicinâ, —

Conficiunt sapius pro Cibo.

Caput 9um.

De extractis.

plantæ uti animalia duplici partium genere constant, solidis nempè tabulosis, liquidis verò in tabulis ipsis contentis; dum paratur extractum, partes plantarum solidæ non eliciuntur, sed potiùs liquida in tubis ipsis cavis contenta; rursùs succi plantarum modò resinam naturam æmulantur, modò verò aquosi sunt, at pauciores continent sulphureas partes, ex his liquet menstrua quæ utuntur ad extractum obtinendum, duplicia esse, alia nempè sulphurea, altera verò aquosa: menstrua sulphurea adhibentur, dum extractum eliciuntur è plantæ succo, resinoso turgente; aquosa verò, dum succus plantæ resinosus non est, menstrua sulphurea sunt, vinum, aq; vitæ, spiritus vini, oleum denique; adhibetur, sed virtutem extracti nimis mitigat. aq; verò est menstruum vulgare quo utimur ad extracta obtinenda ex his plantis quæ resinâ non turgent. præteà aquam fontanam et fluviatilem adhibentur aq; stillatitia plantar; harum decoctum, aliquandò succus expressus, sed raro: exemplum utriusq; extracti feculentum habemus in præparatione Laudani,

134. ad id obtinendum, 1° elicito extractum ex — opio, ope aq. pluviatilis, alterum vo deinde habetur ope spiritus vini: —

Ut autem facile obtineatur extractum, 1° minutim incidere oportet partem plantae ex quâ parandum e extractum, dein projiciendam in vas ipsi affundendo menstrui convenientis q. s. vase obturato, fit — digestio balneo arenae, v. balneo mariae, aut igne mitissimo vas identidem agitando, ea starendat in digestione donec effusum liquidum saturè sit — coloratum, decantato liquidum, et igne moderato evaporato ad mellis consistentiam. —

Extract. aperiens et hydragog.

℞. Croci mart. aperient. Ue. ℥i.. senn. mund. et rhei elect. pulverat. @. ℥ß. sal. tamar. rad. irid. florent. et pulver. millepad. @. ʒiii. jalap. et diagrid. @. ʒii. folior. gratiol. m. i. digerantur calidè per hor. 24. in vini albi generosi et aq. font. @. ℔ ii. decantatum liquid. igne moderato evaporetur ad extracti — consistam, dosis erit ~~ad~~ ℈ß ad ʒi.

extractum febrifug.

℞ Cortic. peruvian. in alkool redact. ℥ii. rad. enull. Campan. ℥iii. fol. absynth. Centaur. min. et Camaedr. ⓐ m. i. Coqi. in aq. font. ℔ vi. ad mediæ ptis Consumptionem, sub fin. Coction. add. sal. amoniac. ℥iii. Colat. et Expressi. igne moderato evaporet. ad extracti Consistentiam, dozis vit ℈i.

Id extractum bis terve in die prescribi pt, ad febres intermittentes pertinacitâ perseverantes debellandas, stomacum Corroborando, Coctionem rectificat, Limpham viscidam incidit et attenuat, sicq. obstructiones viscerum precavet, aut tollit, q. febres intermittentes pertinaces sequi solent, Dosi hujus extracti, purgantia addi pnt, si necessarie videantr, uti Diagridium, v. jalapa ad gr. vi. v viii.

Ex his q. superius Exposita fuere, patet modus preparandi qdlibet extractum, dasquend, nempé vegetantia, imó et mineralia, scilicet filtrando et evaporando ad Consistentiam extracti, verúm si pareto Extractum cum sulphuris

resinosis, imò resina eliquanda est, ope spiritus vini dein evaporanda, ad debitam consistentiam, si vero corticiatio ex his et pulposam substantiam obtinent, haec 1º in aquâ decoquenda est, donec sufficienter fuerint emollita; 2º per cribrum trajicienda, donec pulpa obtineatur, et moderato igni exposita, extracti consistentiam obtinet, ut videre est in extracto juniperi, aliorumque quam plurimorum, quorum praeparatio in pharmacopoeis reperiuntur. —

Sectio 3.a

De remediis internis Solidis.

Remedia formâ solida parata, praescribuntur, 1º ut diutius in stomacho morentur, sicque ejus partis vitia facilius emendent; 2º ut aegri facilius sumant, quidam enim sunt gustu adeo moroso praediti, ut saporem medicamentorum etiam levem valdè respuant, quin imò eorum sapor injucundus stomachum movet, et vomitum saepè parit: plura vero sunt medicamina

et formâ

quae formâ solidâ praescribuntur, nunc sigillatim exponenda.

Caput 1um.

De pulveribus.

Nihil in medicinâ facilius quam pulveres praescribere, hoc unicè tantùm considerare debet medicus utrùm ea quae praescribit, talem obtineant consistentiam, ut in pulveres redigi queant, nam sanè absurdum esset balsama liquida in pulverem redigere velle; praeterea virtutem medicamentorum nosse necesse est, ut ea opportunè et dosi convenienti praescribantur: pulveres autem praescribi possunt omni virtute praediti, a nulla enim medicaminum simplicium familia, quae aliqua quae contineant satis durant in pulverem redigi non possunt.

Notandum quaedam esse quae tametsi solida sint, in pulverem tamen redigi non possunt, sine aliquâ additione, sic pulpa colocynthidis minimè in pulverem redigetur, nisi prius oleo amigdalarum dulc. fuerit imbuta: pariter ea quae constant stib.

volatilioribus et acrioribus 〇 [illegible] in pulverem redigenda, nisi prius oleo fuerint illinita, tum ut praecaveatur nimia partium volatilium jactura, tum ne partes volatiliores et acriores tempore triturationis elevatae, nares, fauces, imo et laryngem illius qui terit graviter nimis afficiant, uti patet exemplo Euphorbii

Pulvis cornachinus, seu e tribus.

℞. diagrid. cremor. tartar. et antimon. diaphoret. ana partes aequales. misce f. pulvis. Dosis a ℈ʃ. aliquando ʒ. rario ad ʒi. praescribitur.

Hic pulvis iis convenit qui temperamento pituitoso praediti, humores habent spissos et serosos, solida vero mollia et laxa; adeoque feliciter exhibetur qui tali temperamento praediti, purgare indigent.

Pulvis purgans et contra vermes.

℞. aquil. alb. gr. xx. Diagrid. gr. viii misce f. pulvis.

Hic laborantibus [illegible] viarum copiosa [illegible]

eliminat, vermes simul enecat, ideirco hujus usus familiaris in mali verminosis; ~~pulvis~~

Cachecticus pulvis.

℞. Crocci mart. aperient. ver. maj. parat. gr. xx. rad. ireos florent. exsiccat. et pulverat. Cass. ligneae, @. ℈i. Cinnamom. et flor. martial. @. gr. viii. misce f. pulvis. pro i. dosi.

Is pulvis adhibetur frequenter in chlorosi, imo quotiescumq, data humorum spissitudine incipiunt viscerum obstructiones, quas profligat restituta humorum fluiditate, et corroborato sthomacho. ~~[illegible]~~

Pulvis aperiens

℞. Crocci mart. aperient. [illegible]. gr. xx. rhei et pulver. millepedum @. gr. xii. sal. tamari. et aethiopis mineral. ~~[illegible]~~ sine igne praeparati @. gr. x. resinae jalap. et extract. hellebor. nigr. @. gr. v. misce f. pulvis pro una dosi.

Pulvis absorbens

℞. Corall. rubr. ppavati, et oculor. Cancror. [illegible] ⓐ. ℈.j. Cornu Cervi philice ppavati et antimon. diaphoret. ℈.ʃ. misce f. pulvis pro unâ Dosi.

Pulvis adstringens.

℞. Sanguinis dracon. et terra sigillat. ⓐ gr. xxv. alumin. rupei gr. x. misce f. pulvis pro unâ Dosi. —

Pulvis emeticus.

℞. tartar. emetic. solub. gr. v. f. pulvis. [illegible]

Sunt quoque parari pulveres qui varios effectus praestare sint, dum Componuntur, qui diversas, et contrarias virtutes obtinent; sic saepe absorbentia adstringentibus permiscentur ad pulverem Conficiendum ita quoque diuretica Cum aperientibus et purgantibus maritantur, et ex iis Conficiuntur pulveres his virtutibus praediti; itaque exemplis jam allatis satis Liquet hoc praescribendi pulveres in plurimos varios morbos debellandos. —

Caput 2um.
De pillulis. —

Pillula e medicamentum consistentiâ molli praeditum, in globulos coactum, nomen a figurâ accepit, inventum e, ut aegri medicamina facilius devorare poent, subitò deglutiendo assumitur.

Conficitur ex medicamentis simplicibus solidis, et aridis, quae in pulverem redigi poent, pulvis verò acceptus cum conservâ molli aut syrupo quodam appropriato, ex his massa pillularum conficitur, et in globulos plures dividitur, nec perfectè duros nec penitùs molles: si verò cum extracto quodam pillulas dare ... sit, ut potè extractum consistentiam ... requisitam obtinet, ex eo quoque pillulae seu globuli simpliciter parantur; —

... medicamentum simplex quod ... valet, ... massam pillularum suggerit, ideirco vegetantia ... et mineralia pillularum compositionem ingrediuntur, ex iis liquet parari posse pillulas diversae virtutis, cum varia medicamenta simplicia ad eas componendas adhibeantur. —

Notandum pillulas purgantes febricitantibus non convenire, neque iis aegris qui temperamento fervido et sicco sunt praediti, aut haemorragiam vel sanguinis sputum identidem patiuntur, vel ardorem in praecordiis aut in viis urinariis frequenter sentiunt, a pillulae purgantes ex iis conficiuntur a parva dosi adhibita ventriculum et intestina magnopere irritare valent et humores potente commovere, idcirco in morbis tum chronicis sunt adhibendae, et aegris praescribenda, qui robusti admodum sunt, vel fibras molles et inertes a natura obtinuerunt; tandem ut actio pillularum purgantium felicior sit, iis assumptis potus largus eadat, ut massa excernenda diluantur, et vis fortior purgantium quodam modo mitigetur.

Pillulae purgantes.

℞. senn. mundat. pulverat.
et rhab. electi pulverat. —
ana. gr. xx. sal. tartar. et
jalap. pulverat. ana. gr. x.
resinae scamoniae, gr. vi.

Cum s. q. syr. flor. persicor. ff.
pillulæ 3es v 4or mane devorandæ,

Pillulæ hydragogæ.

℞ Foecular. irid. ℈i. trochischor. alhandal.
℈ß. aloës. et resin. jalap. ana gr. —
viii. Cum s. q. syr. de rhamno —
Cathartico. ff. 3es aut 4or pillulæ
mane devorandæ.

Pillula emetica.

℞ tartar. emetic. solub. gr. viii.
Cum tantillo Conservæ rosar. ff.
pillula opportuno tempore sumenda.

Pt adhuc parari pillula Emetica Cum granis
4or v 5. flor. antimon. eadem conserva exceptis.

Pillula anti-venerea.

℞ æthyop. mineral. sine igne
parati gr. xxv. Cum gutt. x.
aut xii. Balsama de Copaiv, ff.
pillula devoranda. —

Pillulæ anti-venereæ pnt parari Cum aquil. alb.
v panaceâ mercuriali, hæ pillulæ præscribuntur pr

aliquot dies, juxta medici intentionem.

Pillula narcotica

℞. Laudan. gr. i. f. pillula.

Pillulae adstringentes

℞. Sanguinis dracon. terr. lemnos, bol. armen. āā ʒi. balaustior. malicor. alum. rup. āā ʒß. pulverat. excipiantur cum s. q. succi hypocistidis; f. massa pillular. dosis erit a ʒi ad ʒiß.

Si parentur pillulae cum duabus ptibus sanguinis dracon., et unâ pte alum. rup. syrupo rosar. adstringenti exceptis, f. pillul. helvetianae, quae a ʒß ad ʒi. exhiberi ptest, pluries in die.

Pillulae histericae

℞. radic. valerian. et kin. kin. in alcohol redact. āā ʒiii. assa fœtid. cinnamom. et castor. āā ʒii. ambrae grizae. gr. iv. cum s. q. syr. absynth. f. massa pillular. dosis erit a ʒß ad ʒi.

Ex his satis patet pillulas p[ro]p[ri]a Conficii, qui, sane virtute prædita, adeoq[ue], plura Exemplaria rervensive, prorsus inutile e[st]. —

Caput 3um.

De tabellis, seu Electuariis Solidis, et trochischis.

Tabellæ seu Electuaria Solida, ex variis, simplicib[us], et magnâ sacchar. q[uan]titate Conficiuntur, ideirco — gustui paulo jucundiæ e[st] hoc medicamentum q[uam] pillulæ et electuaria mollia seu Confectiones, rursus diutius servari p[ossu]nt sine ullo mucile — periculo, aliunde facile Diluuntur in jusculo, imò — quovis alio Liquido Calente; modus præparandi tabellas, seu rotulas e[st], sacchar. in aq. v[el] alio liquido — decoquendo, donec syrup. spissioris Consistentiam acquisiverit, dein pulvis affundat[ur], totum agitand; donec pulvis Cum syrup. p[er]fecte fuerit Conjunctus; si tabitam nondum habeat Consistentiam, Continuat[ur] ignis, donec evaporata superfluâ aquâ, totum spissum admodum factum fuerit: Demum —

affunditur mixtio super frustulum marmoris, oleo illitum, ibi refrigescit, et tandem induratur priusquam vero indurata fuerit massa, in partes secatur rhomboides seu alterius figurae. —

Ait si electuarii solidi compositionem resina ingrediatur, ut diagridii vel jalapae &c. antequam resina admisceatur, compositio ab igne removenda, ubi vero refrigescere incaeperit, totum exagitatur ut resina aequabiliter diffundatur per massam electuarii; etenim si resina electuario ferventi misceatur, illico tota in grumos abit, ex quo fiet ut aliquae partes electuarii, plures resinae partes contineant, aliae vero nullas.

Tabellae purgantes.

℞. Senn. mundat. ℥i. rhei. ʒii. jalap. diagrid. ana ʒis. fol. gratiol. m. i. rad. ireos florent. ʒs. —
℞. Sacchar. optimi lb is. coq. in aq. font. s. q. ad syrup. spissioris consistentiam, misce reliqua in pulvere redacta, f. electuar. Dosis erit a ʒi. ad ʒii. —

Tabellæ Becchicæ seu pectorales.

℞. rad. elenii ℥ii. tussilag. et cichoriæ cum toto ana m. i. passular. ℥i. coq. in decoct. hord. ℔ viii. ad medietatis consumptionem, in colat. et expression. dissolve sacchar. optimi ℔ iii. coq. ad syr. consistentiam, tunc adde pulpæ rad. althææ ℥ii. sub. finem coction. add. sequentia, flor. sulphur. et Benjoin ana ʒiii. rad. ireos florent. exsiccat et pulverisator. ℥ß. coq. ad electuarii solid. consistentiam

Nota flores sulphuris et Benzoini non esse addendos nisi dum massa ab igne fuerit remota, calore igni horum partes volatiles avolant.

Aliæ tabellæ pectorales.

℞. sacchar. alb. ℔ iii. coq. in decoct. rad. symphit. maj. q. s. ad syrup. consist. tunc add. gumm. arabic. et tragacanth. in aq. rosar. solut. trajectos. et inspissator ana ℥i. fiat tabellæ secundum artem.

Trochisci sunt remedium formâ solidum quo medici interius et exterius utuntur, modus praeparandi est medicamenta ex suis constituentibus in massam mollem redigere, dein eam trajicere per infundibulum, ut formam quidam exigua, pyramidalia efformentur, in umbrâ siccanda, ut soliditatem obtineant, massa verò illa componitur ex pulveribus syrupo convenienti excipiendis ut exinde massa mollis efformetur.

Ex his liquet diversos posse confici trochiscos qui diversam obtineant virtutem, tam ad usum internum quam externum, unde trochisci sunt purgantes, ut de agarico, alterantes et alexiterii, ut de hederâ, de viperâ et exsiccantes, ut trochisci de cerusâ, caustici parari sunt sic:—

Trochisci Caustici.

℞. sublimat. corrosivi ℥ii. cum s. q. mucaginis gummi tragacanth; fiat massa è quâ efformentur trochisci.

Quoniam trochisci semel siccati, sunt perfecte duri et friabiles, sunt facile in pulverem redigi, idcirco commode praescribi sunt sub quadam formulâ, cum est paucus sit trochiscorum numerus qui in pharmacopeis describuntur inutile quoque est plura exempla hic afferre.

Pars 2a

Pars Secunda

De remediis mediis. —

Remedia dicuntur media, quae in aliquam corporis humani Cavitatem injiciuntur, e quâ saltem per vias sensibiles ad vias Circulationis pervenire non sunt, partes vero, in quas injiciuntur, sunt intestina crassa, ad quae per anum injecta perveniunt, vagina, uterus, urethra, vesica urinaria, quibus addi potest meatus auditorius, praetereà in vulneribus penetrantibus ea quoque injiciuntur in Cavitatem thoracis et abdominis.

Initium sumemus ab iis quae per anum in intestina crassa injiciuntur; ideircò.

Caput Imum.

De Clisteribus

Clyster seu enema remedium est liquidum, quod syringe per anum, in crassa intestina injicitur ad varios usus. —

Modo paratur aquâ simplici tepidâ, et oleo, modo vino, quandoque, sero lactis, aliquando decocto partis cujusdam animalis, sive jusculo; ut plurimum decocto vegetantium paratur, certe liquidum adhiberi potest ad Clysterem

parandum, ut succus plantarum expressus, mucago extracta è seminibus, et non multum spissa; Liquido vero quo conficiuntur Clysteres, adduntur ovorum vitella, mel, saccharum, butyrum, sal, et alia, pulpae confectionum praesertim seu electuaria mollia, ut potest in Liquido facilè dissolui.

Dosis clysteris est vulgò ℔ i. in adultis, et minuitur in infantibus pro tenera aetate, imò et in his quorum intestina Laborant, etenim dum intestina dolore multo corripiuntur, Dosis clysteris necessariò minuenda est, ita ut ℥ viii. vel x. ad summum injiciantur: at si Clyster injiceretur ad ℔ i. adeò extenderet tunica intestinorum, ut dolor necessariò magnopere augeretur; hinc fieret ut aeger accipere, vel retinere clysterem non posset, demum clyster tepidus semper est injiciendus, numquam frigidus.

Quoniam verò ex supradictis patet posse confici Clysteres diversae virtutis, idcirco horum nonnullas formulas proponemus.

Clyster ad alvum Laxandam.

℞. aq. font. vel fluviatil. tepid. ℔ i.
ol. olivar. vel amygdal. dulc. sine igne

ppi ℥ii. ft. clyste. —

Is clister alvinas faeces diluit, interiorem intestinorum superficiem lubricat, horum calorem temperat, eorundemque fibras nimis tensas ac rigidas emollit, et inde maximi est usus ad anum aperiendum, in iis praesertim qui sunt delicatuli, aut fervido et bilioso gaudent temperamento, et qui a natura anum constipatum sunt, ipsis ideo frequenter adhibetur. —

Clyster emolliens et laxans vulgaris.

℞ fol. malv. violar. chicor. et achant. ana m. i. Coq. in aq. font. s. q. in colat. et expression. ℔. i. dissolv. catholic. ℥iß. mell. violac. ℥ii. — ft. clyster.

Clyster magis purgans.

℞ Senn. mundat. ℥iii. Coq. in decoct. clysteris commun. ad ℔. i. in colat. dissolv. catholic. et diaphenic. ana ℥i. melli mercurial. ℥iii. ft. clyster.

[illegible]

Clyste validè purgans et irritans in apoplexiâ. —

℞. decoct. Clyster. Commun. ℔ij
dissolv. catholic. ℥ij. sal. gemmæ
℥i. add. vin. emetici turbidi ℥iij.
f. clyster.

Alter in eodem morbo praescribendus.

℞. fol. nicotian. exsiccat. m. i.
Coq. in aq. font. l. q. in
Colat. et expression. ℔. i. —
dissolv. sal. gemmæ ℥i. f. —
Clyster. —
Vel.

℞. Colocynthid. pulpæ incisæ ℥i. —
includ. in nodulo Ligato, Coq. in
aq. font. l. q. coleturet exprimatur
ad ℔. i. f. clyster.

Clyster ad alvum Laxandam in morbis —
Renum et vesicæ Inflammatoriis. —

℞. glicirit. ras. et Contus. ℥iij. —

sem. lin. Contus. ℥ß. Coq. levitè in
aq. font. s. q. sub fin. infund.
flor. malv. m. i. in Colat. et
expression. lb. i. dissolv. medull.æ
Cassiæ recentis è cann. extract.
℥i. add. olei amigdal. dulc. sinè
igne pmi ℥iii. ft. clyster.

Hic clyster adhibet. etiam in diarrhea, à productis
ab arenulis, aut maris sabulosis.

Clyster in Diarrhea Biliosa

℞. aq. pult. lb. i. butyr. recent. ℥ii.
ft. clyster.

Si Butyrum recens obtineri non poterit, ponantur
ovorum vitella duo vel tria.

Clyster in Dysenteria parandus.

℞. Decocti omasor. lb. i. ovor. vitell.
N°. ii. ft. clyster.

Clyster in dysenteria supposita.

℞. Decoct. hord. ℥viii. mel. rosac. ℥ii.
sacchar. rubr. ℥i. Thersodent. venet.
in vitell. ovor. solut. ℥ii. ft. clyster.

adhibeto in ulcerat. et irritatione intestinorum. —

Enema irritationes intestinorum sedans.

℞ mucilag. sem. psyll. et cydonior. in aq. rosar. extract. ℥vi. ol. — amygd. dulc. sine igne ppi. et butyr. insuls. aa ℥ii. ƒ. enema

Butyrum liquand. in mucilagine supra ignem, dein addit. ol. amygd. dulc. is clystere irritationes intestinorum potentius sedabit, si Laudani — opiat. gr. ii. — iii. in eo solvantur. —

Enema Nutriens seu alibile

℞ jusculi Commun. ℔i.ß. ƒ. Clyster

utrumque injiciatur jusculum in intestina, — sordes expurganda, injecto clystere purgante; ne — jusculum a sordibus in intestinis corrumpatur. —

Clyster Carminans.

℞ fol. malv. ℳ i. puleg. et origan. aa m. v. Coq. in aq. font. s. q. sub fin. add. summitat. absint. et flor. chamomill. aa ʒ. ii. in colat. et expression. ℔ i. dissolv. catholic. et diaphoenic. aa ℥i. mel. mercurial. et ol. rutae aa ℥ii. ƒ. clyster.

hic elect. adhibet. ad sanand. colicam flatulentam; Convenit adhuc in paroxismo, ranionis historia sunt in decocto decoqui semina Carminantia, ut semen anisi, foeniculi, anethi, Coriandri &c. — imò quoq. addunt baccae juniperi. —

Caput 2um

De Suppositorio. —

Suppositorium, Remedium e solidum, & — Consistentiâ molli, et aliqdo durum, digiti figuram et longitudinem aemulans, qd in anum intromittitur ad faeces deponendas, paratur ex pluribus.

Suppositorium vulgare.

℞ mel. commun. ℥ii. sal. mar. trite ʒii. Coq. ad Debitam Consistentiam, ft. suppositorium

addit aliqdo Diagrid. sal gemm. hierapicra, & alia electuaria purgantia, dum novi anum sint stricturam, suppositorium frequenter adhibito, ad eam Laxandam, adultis vo fortiora sunt necessaria, ut

ex tabaco et lardo, recipe lardi frustulum in Cilyndrum efformatum digiti min. magnitudinem equans, in anum intromittito Lardum, sale marino quod continet, rectum intestinum stimulat, ad Contractionem sollicitat, qua faeces moventur excernuntur. Dum vero e tabaco conficitur suppositorium, accipiunt folia tabaci sicca in spiram Convoluta, et ex his fit Cylindrum quod recti in anum intromitti, oleo illinitur, ut facilius et sine Dolore intromitti possit, huic filum alligato quod circa eius Evolutum retinetur, ne suppositorium penitus in anum ingrediatur, quo Longius, eo magis recti fibras stimulat, hoc suppositorio omnium felicitur utuntur medicis ad anum pigram sollicitandam, non solum in morbis chronicis, verum etiam in acutis. —

Cavendum tamen ne fortiora adhibeantur purgantia ad suppositorium Componendum, quibus sphincter ant rectum potentius stimulata, inflammari possint,

In his praesertim qui haemorroidibus obnoxii sunt, vel phlogosi intestini, aut etiam vicinarum laborant: Denique quoties mat. in intestinis contenta acriores sunt, ab iis penitus se abstinere oportet, ne tenesmus fiat. —

Caput 3um.

De Remediis quae uteri morbis conveniunt. —

Uterus cum obnoxius sit variis affectibus morbosis, et ad eos curandos, varia quoque adhibenda sunt remedia, — idcirco sequuntur medici quoque diversa injicere in uterum remedia, aut in vaginam intrudere; ad hos affectus intus debellandos, haec remedia sunt, injectiones, vel suffitus, aut pessaria: agemus 1o de injectionibus.

Injectio ad haemorragiam uteri. —

℞ Rad. symphit. maj. tormentil. bistort. ana ℥ii. malicor. et balaustior. ana ℥i. Coq. in aq. font. s. q. sub fin. coction. infun. vini rubr. lb. i.

℞. illius Decocti ℥vi. Dissolv. sanguinis
Dracon. ʒii. alum. pulverat. ʒi.
add. aq. stypticæ ʒii. ff. injectio.

hæc injectio fit ope Syringis liquido tepido, ne
liquidum frigidum sanguinis Circulationi in dicta vasa
uteri obstet, hæc injectio vasa uteri aperta, tutius
Citiusq., occludit, quam adstringentia ore assumpta,
a vasis apertis immediate applicatur, Convenit
quoq. in hæmorragia vaginæ.

Injectio pro tumore uteri Canceroso.

℞. succ. solan. hortens. depurat.
℥iv. tepide in uterum injiciatur.

N.B. si dolor uteri acutissimus est, tria 4 ove-
opii grana in succo solani solvenda, ut dolor
potentius temperatur.

Injectio ad detergendum uteri ulcus.

℞. rad. aristoloch. rotund. ℥ii. fol.
plantag. et hord. ana m. i. Coq.
in decoct. hord. lb. ii. sub fin.
Coction. add. summitat. hyperic.

et Camomel. ana. ʒ. i. rosar. rubr.
m. i. post Levem infusion. Cola
et Exprime —

℞ illius Decoct. ℥iv. mell. rosac.
℥i. balsam. Commendator. ʒii. ū iii.
M. injectio. —

e. in ulcus. sordidum. fusili. . . . unguentum
aegyptiacum, et apostolorum, et mundificativum
de apio [illegible] facilius solvunt, attamen
melius erit addere balsamum viride metensium ad
℥i. ū ii. . . caeteris ulcera potentius deterget. —

Injectio ad Corroborandam uterum Laxam.
℞ aq. Chalybeat. lb. i. injiciantur tepide
in uterum. —

Potest adhuc injectio similis parari Cum radicibus
. . vulgo . . . dicuntur, addita aq. vitae, et aq.
2da Calcis.

Nonnunquam suffitus paranda ad resolvendos
infarctus glandularum vasorumque lymphaticorum
uteri, vaginae, . . . cum Lympham spissam et —

infarcientem attenuant, quinem fluidiorem reddunt, Corroborant textum vasorum, tandem Circuitum liberiorem et expeditiorem per vasa uteri reddunt. —

Modus utendi Suffitu est, materia suffitus super Carbones accensos projicit, infundibulum imponitur, Cujus rostrus in vaginam ingreditur, illius ope fumus e materia accensa elevatus per internam vagina et uteri superficiem infunditur; et quis Liquet virgines tenerae aetatis vix suffitu uti posse; ideoq, is est adhibendus feminis, aut virginibus adultis.

Suffitus ad mensium Remoran. —

℞ sulphur. antimon. aurat. ʒj.
Comburatur, et fumus ope infundibuli in partes genitales recipiatur. —

alter Suffitus ad eundem scopum. —

℞ gummi amoniac. ℥iii. Dissolv. in l. q. decoct. artemis. et Coq. ad mellis

ad mellis Consistentiam, vase ab igne remoto add. ol. sabin. et fucum regul. antimon. a ʒß. ff. massa carbonib. comburend. Cujus fumus ope infundibuli recipiatur.

Hi suffitus conducunt etiam ad sterilitatem a ab obstructis vasis lacteo-lymphaticis uterinis producta, ita ut hæc vasa reserando mulieres fœcundas reddat, nos tamen ad sterilitatem debellandam utimur suffitu aquarum thermarum vel Bellinucanarum, quæ solum lac et lympham spissam incrassas obstruentia dividunt, et extenuent, verum adhuc uteri textum mollem et laxum corroborant, sicq. sæpe sterilitatem tollunt.

Pessarium est instrumentum in vaginæ cavitatem intrusum ad varios usus, 1º ad menses suppressos promovendos, 2º ad uterum et vaginam sustinendum ne prolabatur. —

3. Pessarium ad adhibetur ad menses suppressos promovendos fit ope medicamentorum emenagogorum cum pulvi pulverata Linteo involuto arcté Ligato, ex quo fit ut totum divitiem quandam obtineat, sic autem parato.

℞ fol. Sabin. ℈ ii. Croc. orient. ℈ i. Sulphur. aurat. antimon. aloës Succotrin. et myrrh. ana ʒi. pulverentur, et in nodul. Filo arcté Ligat. includantur. S. nodulus in vaginam immittendus

Pessarium menses suppressos quoque promovet, aptior tamen cum sufficit ad hunc effectum obtinendum.—

Pessarium ad adhibetur prolapsum uteri et vaginae prolapsum, priori durum est: in illo Considerandum cum figura et materia e quâ parati: quoad figuram pessarium debet in Circulum conformari, ideoque Circulus ~~uterinus~~ uterinus nuncupatur, in medio sui ~~~~ foramen, ut menses quo-

tpore erumpunt, et amplum foramen facilè egredi queant, etiamsi pessarium in vaginâ concludatur; ejus densitas aequare debet, digiti minoris densitatem, nam si crassius foret, ponderae vaginam forte molestaret. —

Nam pessaria è cera, lubi; aut lignum addam levigatum et aliundè cera, dum subpara... ejus superficies quâ vaginae applicatur levigandâ est, ne pungendo vaginam inflammet, et in hunc finem cerâ obducitur. Circulus uterinus ceraceus vix adhiberi potest, a calore partis in quâ includitur, cera ipsa liquatur, adeoque uterum prolabentem minime retinere valet; demum ejusdem magnitudo consideranda, quae debet esse proportionata vaginae amplitudini. —

Circulus uterinus altius in vaginam immittitur quo fini est; extendendo vaginae parietes firmatur in situ, sicque utero prolabenti resistentiam opponit. Cavendum tamen ne validius vaginam premat; quia pressione interrupta, sanguinis circuitu eam molestaret, atque magnoperè laederet. —

184. Circulum uterinus muliebris tum convenit, nequaquam virginibus, ob eadem omnibus cognitam

Pars 3a

De Remediis Externis.

Remedia Externa ea dicuntur, quae exterius tum applicantur, eaque, vel Liquida, mollia, vel solida.

Sectio 1a

De remediis externis Liquidis.

Caput 1um

De Balneo et Fotu

Balneum est immersio totius corporis, vel aliquarum tum ejus partium in Liquidum ad pian. juxta medici intentionem.

Duplex est, integrum seu universale, dum totum corpus in liquidum immergitur, semicupium quando dimidia corporis pars, particulare, quando una pars, pes, manus, immergitur.

Vase Liquidi balneum constituentis

multiplex est, idq, aquâ balneum instituit, ut plurimum tepidâ, aliquando frigidâ; aliquando decocto plantarum, vel nunquam oleo, idq, lacte ipso et raro, saepe aquis thermalibus. Demum balneum particulare parato vino, vel aqua vitae; vel liquido quopiam arte galenicâ vel chimicâ [illegible], praeter haec balneum idq, fit cum arenâ maris, vel cum uvis expressis, haec duo balnei species, balneum improprie dicuntur.

Cum parato balneum aquâ tepidâ, ejus [illegible] prius lavanda, affusâ identidem aquâ calidâ; fit per horam, adhibetur ad acrem humorum temperandum, ad sanguinem [illegible] diluendum, et humectandum, ad fibras [illegible] rigidiores laxandas, ad poros cutis aperiendos, idcirco [illegible] [illegible] cedat, et ad inunctiones mercuriales aegrum praeparat, tandem alvum constipatam laxat, urinae ardorem temperat, sitim extinguit: — —

balneum ad plures dies continuandum ut affectus aliquos, praestare valeat, cum portio tum aquae tenuior poros ingredi valeat, et cum sanguinis circulatione permisceri; interim observare oportet an caput post balneum doleat, quod accidit a pressione aquae, humorem ad exteriora pellente, et uberius ad caput determinante, aut si aeger tussiculosus sit, naturamque habeat debile et delicatulum, tunc saepe accidit ut aegri multum tussiant, imo et sanguinem sputo conspiciant, quod si ita evenerit, aut balneum illicò cessandum, aut si aeger balneatione absolutè egeat, semicupium illum praescribendum, quod pectori minus noxium est, imo nullatenus, cum dimidia et inferior corporis pars solum balneatur. —

Semi-cupium paratur eodem modo ac balneum, eosdem partes et effectus, ac ipso balneo; semi-cupium uti et balneum per horam, integram, bis quoque, in die adhiberi potest, sero nempe et mane; dum semi-cupium

adhibetur et Balneum eo finito aquæ tinctis calidis exsiccandus, dein in lecto reponendus, ubi per aliquod tempus quiescit.

Balneum emolliens.

℞ Fol. malv. violar. parietar. et acanth. ana m. ii. Coq. in aq. font. s. q. pro Balneum.

Hoc Balneum Cherat acrem humorum, et in primis textum cutis sicciorem rigidioremque, emollit et laxat, nam partes aquosas continet adhuc partes mucilaginosas, humidas multum, et veluti unctuosas, a vasis cutaneis fricia adhærentes, ea emolliunt et laxant: convenit ergo dum cutis sicca et arida pustulis vel hepaticis aliisve id genus morbis exasperata, imo cutim laxando, copiosius transpirationem promovet, ipsa aqua; idcirco in morbis chronicis sæpissime adhibetur.

Hos effectus adhuc facilius præstat balneum oleo paratum, ut potè quod partes oleosæ facilius vasis adhærescunt, ac intimum horum textum penetrant, sicque particulas nimis cohærentes

diducunt et separant: qd experientiâ demonstrat; si enim scrupulum cutis humanae in oleo per aliqd tempus detineatur, multo magis emollescit et laxatur quam in aqua....

balneum partes exsiccans et corroborans.

℞. aquar. thermal. ferven. q. s.
f. balneum. ...

modus utendi hoc balneo duplex e, modo accepta aqua thermalis fervens è proprio fonte, quâ labrum repletur, ad balneum instituendum, adeoq. aeger descendit in fontem ut balneetur, si primo modo fiat, balneum mitius e, si 2º potentius, id balneum humores potenter commovet, et aestuare facit, vasa vero stimulat et pungit; id inde summa totius sanguinis rarescentia cum pulsu magno et pleno, calore totius intenso, insigni faciei rubore, tandem sudorandi; copioso erumpente tempus eo utendi, modo brevius, modo longius esse solet, juxta aegri temperiem et vires, et aquarum thermalium indolem, aliquando unius horae quadrante,

do semi-hora, et varius.

Balneum in fonte aquarum thermalium factum, adhibetur ad paralysim perfectam sedandam, in robustis praesertim, at si balneum instituatur ad paralysim imperfectam, aut torporem sedandum, melius est instituere balneum in labro quam in fonte, praesertim si aqua temperamento fervido praedita sit; et fine valetudinis: idem pariter adhibetur ad dolores rheumaticos sanandos, nam propterea quod ad calorem aquarum pori cutanei admodum reserantur, a partibus mineralibus, volatilibus, tenuibusque humores spissi et crassi in vasis cutaneis quasi impacti attenuantur, et dividuntur per poros cutis apertos copiose avolant, sicque restituto libero et aequabili sanguinis circuitu, redit status sanus. —

Caveat tamen ne utendum balneum indicant, iis qui pectus habent admodum debile; sanguinem identidem spuentes, et qui per intervalla graves haemorragias patiuntur per alias partes, aut ardorem urinae, et disuriam patiuntur, et damnum &c.

De æstu præcordiorum perpetuo Conqueruntur, Cutimq; habent Siccam et Calore urente præditam, Demum ægri præparando et antequam hoc balneo utantur, tum remediis generalibus, Cum etiam Diluentibus et humectantibus, ad nimium humorum æstum præcavendum. =

Balneum adstringens. —

℞ fol. Cupressi, et plantag. ā. m. ii.
fol. equiset. m. i. malicor. ℥ii.
Balaustior. et baccar. Cupressi ā.
par. xx. Coq. in aq. fabror. s. q.
ft. balneum. —

hoc balneum adhibetur ad partem aliquam laxam Corroborandam; adeoq; sæpe usitatum est, eo utimur ad ani procidentiam Curandum, insidendo scilicet podicem in hoc Decocto, similiter si pedes vel manus fuerint admodum laxæ, hoc balneum adhiberi potest ad ea Corroboranda.

Balneum ad vires reficiendas in animi Deliquio. —

℞ vin. tepid. lb. iv. aq. vitæ rectificat. ℥ i. ſſ. balneum particulare.

aqæ manus immergit in hoc vino, cujus partes volatiles et spirituosa, poros vasorum permeantes, sanguini circulanti admiscentur, ejusque circuitum accelerant. ——

Balneum partes debiles corroborans

℞ fol. roris marin. et thym. ana m. i. Lavendul. salv. aur. et majoran. ana m. i. Coq. levitè in vini generosi s. q. add. spiritus vini camphorati ℥ iv. ſſ. balneum

Deinde partes debiles ſt, et velut paralyticæ ut partes manus, imò et tibia in hoc vino immergenda bis in die, serò et manè, per hebdomadam et ultrà; hoc balneum partes laxas laxantes discutit, vasa languentia stimulat, ea ad fortiores contractiones edendas sollicitat; humores lentescentes movet, et ad circuitum celeriorem urget, quo vigorem et colorem in partibus debilibus revocat ——

Fotus a fovendo sic dictus sit, Linteum decocto vel quovis alio liquido imbutum parti applicando; hoc Linteum per intervalla mutandum, dum aut siccum, aut frigidum est: ipse fotus, et unius horae, aut duarum horarum ad summum, bis, ter, et amplius in eadem die repeti potest; nulla est humani corporis pars externa, cui fotus adhiberi non possit, saepius tamen in Extremitatibus superiis et inferius, inprimis abdomini admovetur, non tantum ad affectus Cutaneos debellandos, quin etiam ad morbos viscerum Contentorum sanandos.

Fotus varius adhiberi potest, secundum diversas intentiones vel virtutes earum ex quibus paratur; immo ex dictis liquet fotum parum differre a balneo particulari, adeoque eosdem parit usus habere.

Fotus emolliens et Laxans.

℞. Fol. malv. branc. ursin. violar. et parietar. ana m. i. Coq. in aq. font. s. q. sub fin. Coction. add. flor. malv. et violar. ana p. i. Cola et exprime: f. Fotus.

Linteum

